Sit omnibus notum quod ego Arnaldus Dalmatij perrochie de Villablarexio / Sciens et attendens me tenere ad directum dominium pro mo/nasterio sancti Danielis Gerunde / et eius venerabili domina abbatissa / quandam fexiam terre / existentem in plano de Villablarexio / loco vocato Cup/sagiuy / et continentem unum iornale boum / et confrontatam ab oriente in honore / Guillelmi de Busquetis de Montefoliano / a meridie in carraria publica / ab occidente in honore Guillelmi Stephani de Mont / dicte perrochie de Villablarexio / et a circio in honore den / Vines dicte perrochie de Montefoliano / Et cum ex censu quartinum migeriarum frumenti ad mensuram Gerunde / quem inde presto dicto monasterio / in festo sanctorum Petri et Felicis / utilius est michi ipsam feximam terre renunciare quam ulterius sub dicto censu quartinum retinere / Ideo existens in presencia venerabilis discreti domini Bernardi de Villari presbiteri beneficiati in ecclesia Gerunden / procuratoris dicti monaste/rij sancti Danielis / Gratis et ex certa sciencia per me et meos absolvo diffinio et remitto ac dimitto dicto monasterio / et vobis ut procuratori eius/dem dictam feximam terre superius confrontatam / cum omnibus suis introitibus et exitibus / ac iuribus et pertinentiis universis / ita quod vos nomine dicti monasterij absque impedimento / et contradictione mei et meorum possitis ipsam feximam vendere sive stabilire / aut ad proprie/tatem ipsius monasterij retinere / Ego enim cedo et dono vobis et dicto monasterio in premissis omnia loca et iura mea / et omnes meas voces vices rationes et actiones reales et personales et alias quascumque / Quibus locis iuribus vocibus rationibus et actionibus / po/ssitis nomine dicti monasterij uti agere et experiri / in agendo et deffendendo et aliis cunctis modis prout ego facere poteram ante huiusmodi instrumenti confectionem faciens et constituens / vos et quos volueritis in premissis nomine dicti monasterij veros dominos et procuratores ut in rem propriam dicti monasterij / ad agendum et deffendendum et inde faciendum vestras dicti monasterij voluntates / Et sic pro/mitto vobis / et iuro sponte per deum et eius sancta quatuor evangelia / a me corporaliter tacta predictam renunciacionem et alia omnia supradicta / semper rata grata et firma habere tenere et servare / et nullatenus contrafacere vel venire aliqua ratione / Actum est hoc Gerunde / tricesima die mensis julij / Anno a nativitate domini Millesimo / Quadringentesimo / Primo / Signum Arnaldi Dal/matij predicti qui hec laudo firmo et iuro.

Testes huius rei sunt / Petrus Espigol / et Aymericus Caneti parrochie de Caneto /

Signum Petri de Ponte notarius publicus auctoritate regia substitutus a Jaffredo de Capolongo quondam pro comite Empurie et vicecomite Gerunde [illegible] hoc scribi feci et clausi.

Nº 36, Llibre 22 p 102

nº 1039

Remuntiacio [illegible] feta per Arnau Dalmau [illegible] filla [illegible] de convent de St. Daniel situada en lo [illegible] de Vilablarex

Vilablarex.

Renuncia fa Arnau Dalmau de Vilablarex à favor de S. Daniel de una fexa sita en lo Pla de Vilablarex y en lo [illegible] anomenat camp Yaquin de tenció de un jornal de bous.

A 30 juliol 1401.

Nº 15 del plec segon de Vilablareix AC f 84

T. 243x364

1101